



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XII. Verbis & exemplo Christi, patientia suadetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

eos interius per spiritum iuua-
docuisti. Beati sunt servi illi, qui
coelestium bonorum participes
fieri meruerunt, & tam dulci &
pio Domino servire die ac nocte
amaverunt.

Non sunt de terra vita & con-
versatio eorum; sed vivunt de
memoria aeternorum corda illo-
rum. Saturati sunt de opimis *Psal. 16.*
bonis Domini, & utinam dimit-
tant reliquias suas parvulis suis;
ut edant pauperes & saturentur *Psal. 21.*
de micis, quæ cadunt de mensa
dominorum suorum.

Sed ubi est hora illa, de qua
rursus scriptum est: *Hæc est hora* *Lucæ 22.*
vestra, & potestas tenebrarum?
Domine Jesu (si bene memini)
verba tua sunt hæc. Et alia com-
plura ad memoriam revocare me
delectat; quia scio, quod propter
me omnia facta sunt & scripta.

CAP. XII. *Verbis & exemplo*
Christi, item Patriarcha-
rum, patientia sua-
detur.

Vbi est, Iesu bone, verbum sa-
lutis nostræ, quod locutus

Matt. 26.es in tristitia animæ tuæ? *Tristis est anima mea usque ad mortem.**Mar.* 14.Et statim postea ad discipulos: *Venit hora, ut tradatur filius hominis in manus peccatorum, & crucifigatur & occidatur.**Ioan.* 12.Et alibi: *Pater sanctifica me ex hac hora; sed propterea veni in hanc horam, ut scilicet Jesu**Ioan.* 11.*bone moriaris pro populo, & non tota gens pereat. Quia nisi granum frumenti, quod est Christus Dominus, cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.**Ioan.* 12.**Tristitiæ
Christi
pro nobis
assumptæ
fructus.**

O felix & beata hora, qua homo redemptus est ab æterna morte! O læta & grata nimis tristitia, quæ perpetuam nostræ perditionis deterisit mœstitiã, reddiditque mortalibus amissa gaudia paradisi.

Hic erat fructus, Jesu, sacræ passionis tuæ & tristitiæ multæ pro nobis assumptæ, ut hominem perditum ad vitam perennem reduceres.

Ergo illa hora non erat gaudii, sed mœroris; non consolatio-

tio-

tionis, sed passionis; non pacis, sed afflictionis, ut diceres, Jesu, turbis: *Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus, comprehendere me?* Matt. 26

Hæc plane fuit hora turbinis & nebulæ, quoniam clamabant vehementer Judæi: *Crucifige, crucifige eum, reus est mortis.* Marc. 14.
Matt. 27. Jesus tamen tacebat; & cum accusaretur à principibus sacerdotum nihil respondit.

2. Quid nunc conquereris anima mea? Dic, ubi sit patientia tua? Tu rea es, & Jesus pro te in pœna est. Tu peccasti, & ille flagellatur. Tu fecisti hoc malum grande quod deleri non potuit, nisi ejus innocenti morte.

Quid igitur retribues ei, pro omnibus quæ tribuit tibi? Et quam commutationem dabis pro anima tua? Ille pro te posuit animam suam, quid rependes ei? *Calicem* (inquam) *salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* Psal. 115. Juste omnino Et si volueris non ingratus esse, stude & istum bibere.

3. D. Potes calicem bibere, quæ ego gustavi? A a a S.

Phil. 4. S. Et dixi: Omnia possum in eo qui me confortat.

Matt. 26 At ille: Bibite ex eo omnes. Bibite vinū meū, quod miscui vobis.

Prov. 9.

Ioan. 6.

Et iterum dico vobis: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et ne dixeritis in cordibus vestris:

Ibidem.

Durus est sermo iste, & quis potest eum audire?

Respicite ad me, & videte, quia ego solus portavi pondus diei & æstus. Et si fuerunt quidam, qui portaverunt onus grave, sed quid in comparatione mei?

Psal. 24.

Ego in innocentia mea ingressus sum per foramen acus:

Psal. 68.

Infixus sum in limo profundi, & non fuit in me culpa.

Isaia 61.

Torcular calcavi solus, & de gentibus non erat vir mecum.

Psal. 128.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatē

Luce 24.

suam. Videte manus meas, & pedes meos, quia crucifixus sum pro vobis.

Ioan. 20.

Mittite manus vestras, & cognoscite loca clavorum meorum. Palpate vulnera mea, & videte,

quia fluunt sanguis & aqua de latere meo. Afferte vasa cordis vestri, & suscipite liquorem balsami. Oleum misericordiae & gratiae recondite in vasis vestris.

Sugite mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Aperui januam cordis mei, intrate in illud. Latus lancea perforari feci, abscondite vos in illo.

4. Quid debui ultra facere, & non feci? Respondete mihi, * Manete in me, & ego in vobis. Libenter sufferte aliquid pro me, ego sustinui tam multa pro vobis. Feci leve & portabile exemplo meo, ne formidatis crucem, quam cernitis.

* *Ioan. 14.*
Christus
tanta
passus,
nobis
cruce[m]
alleviat.

Accedite ad me omnes qui in tristitia estis, qui angustiamini in visceribus vestris, qui consolationem non habetis.

Ego enim sum consolator vester. Cur timetis in die mala? Ego sum protector vester, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Dicite mihi, quando non affui sperantibus in me? Quando defui clamantibus ad me?

Psal. 9.
Deus non
deest afflic-
tis &
desolatis.

In Psalmo quid scriptum est,

Aaa 2 &

Psal. 33.

& quomodo legistis? *Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu salvabit. Clamaverunt justis, & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberabit eos.*

Tribulatio signum divinæ dilectionis,

Ecce, quibus exhortor vos verbis, ut non deficiatis in tribulationibus. Magis gaudere deberetis, quod tribulamini in hoc mundo. Signum dilectionis æstimate, & vere signum est electorum meorum.

Apoc. 5.

Aperite librum signatum, foris & intus scriptum, (vetus dico & novum testamentum) legite & intelligite, quia nemo Sanctorum fuit, qui tentationibus & passionibus variis non sit examinatus, qui non sit injuriam passus, qui non fuerit in omnibus his Deo acceptior & sanctior coram hominibus effectus.

Virtus adversis clarescit.

Sancti mei in adversis proficiunt, in tribulationibus odorem innocentiae suae per patientiam ostendunt.

Gregor.

Bonus esse Abel reruit, quem malitia Cain non exerceat. Castus

scus quomodo quis putatur, nisi quem carnis lascivia vincere non potuit? Pudicitiae amator ostenditur, qui cum Joseph casto juvene contra visus suadentis foeminae luctatur.

CAP. XIII. *Patientia praecipue exercenda in mortificatione propria voluntatis.*

Obediens verus etiam probatur, qui propriis voluntatibus contraire nititur. Et hic cum fidei Abraham, pro obedientiae virtute laudabitur; & benedictione caelesti replebitur, quia magis obedit voci Dei, quam voci carnis suae, quae semper propriis motibus agitatur.

De propria voluntate quid dicam? Ipsa est, quam maxime odit anima mea. Non est mihi quicquam acceptum, quod voluntate propria fuerit vitiatum. Parva & magna simul maculat bona, quemadmodum vera obedientia cuncta facit esse incorrupta.

Agat bonum aliquis ex propria voluntate, & minus erit; et-

Voluntas propria corrupta omnia.

Obedientiae pul-